

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5170

**Auteur(s) :** Lucius III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Pierre, Neufmesnil, Notre-Dame et Saint-Nicolas de Blanchelande (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1183, 21 mai

**Lieu d'émission :** Velletri

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Lucius [III] confirme les biens et les droits de l'abbaye Saint-Nicolas de Blanchelande.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 227, p. 324-326.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis [Petro] abbati [san]cti Nicolai de Blanca landa eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Effectum iusta etc. Ea[pro]pter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum [in] domo uestra noscitur institutus, perpetuis in ea temporibus obseruetur. [Pr]eterea quascunque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono Ricardi de Haia et Matildis uxoris eius ipsum locum, qui Blanca landa dicitur, cum o[mn]ibus pertinenciis suis a Bellaualle usque ad montem Estench[e]f, sicut eum a foresta separat signorum apposito, et ipsam forestam ubique, quamdiu durauerit, ad omnia edifica uestra facienda et reficienda, ad ignem et ad omnia domus necessaria, pasnagium uestrorum porcorum et uestrorum hominum in ea quietum, omnes consuetudines utiles et necessarias, in parco autem omnem libertatem porcorum uestrorum cum porcis domini eiusdem parci, abbrosturam boum, coria ceruorum bissarum, in uilla de Haia quadraginta solidos in thelonio ; in Anglia manerium de Cambringuilian cum omnibus pertinenciis suis preter ecclesiam, ex dono Ricardi Constantiensis episcopi ecclesiam de Boseuilla et ecclesiam de Cheteuilla et ecclesiam sancti Symphoriani et quidquid iuris habetis in ecclesia de Montegard, ecclesiam sancti Georgii de Banpteiz, eccles[i]am de Ranenouilla cum omnibus [pert]inenciis suis, ecclesia[m] de Blouilla, ecclesiam sancti Germani de Otlouill(a), ecclesiam sancti Albini de Anbig[u]y, duas garbas decime ecclesie de Tomquarteuilla, t[er]ram, quam Ricardu[s .....], terram de Busco cum molendinis et appendiciis eorum, terram, quam Thomas eiusque filius Hamelin uobis dederunt cum terminis et limitibus suis, sicut in eorum k[a]rtis habetur, ex dono Matildis de Haia molendinum de Varenguebec, molendina de Bo cum terris adiacentibus, terram insuper de Bo, quam tenetis a templariis sub annua pensione uiginti solidorum Andegauensium, terram, quam tenetis a monachis de Monteburgo sub annua pensione unius sextarii frumenti, ex dono Vuillelmi de Humet terram in Anglia in uilla, que Ketene dicitur, trium marcharum annuarum, decimam molendini de Biart, molendini de Mesnilosmundel, molendini de Balderuill(a), molendini de Carent(o), quod est de feodo de Blouilla, molendini

Rainoldi de Meisuill(a), de Ereuill(a), molendinorum comitis de Arundel in Mueruill(a), molendini de Belletomo ex dono Ricardi de Haia et Iodleni de Englebi, in Stauilla duas garbas decime de tenemento Rogeri de Moarns, ex dono Roberti de Flamanuilla et Lohondi fratriss eius molendinum de Flamanuilla et tenementum Gerardi Menuel et septem quartaria et dimidium frumenti in molendino de Vouges. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper etc. In parrochialibus autem etc. Crisma uero etc. Preterea cum generale etc. Ad hec auctoritate apostolica interdicimus, ut nullus in uos uel clericos uestros aut ecclesias excommunicationis uel suspensionis aut interdicti sentenciam sine manifesta et rationabili causa promulget. Sepulturam quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen.

Dat. Velletr. per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii XII kal. iunii, inductione prima, incarnationis dominice anno M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXXIII<sup>o</sup>, pontificatus uero domini Lucii pape III anno secundo.